Quelle: http://manuscripta.at/?ID=36552
Copyright: Göttweig, Benediktinerstift

94

Et ut constringebantur ceruices eorum. geruasius et protasius dixe
runt ministris. O prestantissimi uos per capud neronis
quesumus quiescite a nobis parumper. et adducite patrem nostrum na
charium. Renunciauerunt neroni ministri. Gratulatus
est nero. et dixit ministris. Interponite aliquod spatium. et
forte meliore consilio ymmolant diis. et sicut poposcerunt
exhibeatur nacharius. Cumque exhibitus fuisset nacharius. nero
dixit ad eum. Consule tibi. ecce ara ymmola diis. Nacharius
uero aspiciens in celum. ait uoce magna. Domine libera ani
mas nostras a demoniis. et salua nos in dextera tua for
tissima. Nero dixit. Et hoc nefandissimo interuallo spa
tio libari. Tunc iussit nacharium cum celso puero reclu
di in carcere. sanctos uero geruasium et protasium mediolanum
ad anolinum qui preerat ciuitati deduci precepit. scribens
ei. geruasium et protasium iuuenes detrectantes ymmo
lare diis. ad te misimus. quos carcerali custodia deti
ne et diis nostris sacrificare compelle. Cumque perducti fuissent
alia die nero ad portum maris processit. et statim sibi nacharium
cum puero iussit. Dixitque ad eum. Tante sunt artes tue. ut am
plius uiuere non debeas. Tu gustare deorum libamina noluisti.
tu subuertisti iuuenes geruasium et protasium ne ymmo
larent diis. atque ideo maris profunda te suscipient. Na
charius respondit. Saluator meus et deus meus qui me per baptis
mum regenerauit ipse in mari et ubique custodiet. quia suas
clementia. que sola iussione constituit. Nero dixit nauclero [sic].
Hunc nefarium cum puero in mare proice. ut a contagione
istius purgetur terra. Et continuo eleuatus in nauicula terra
in altum mouit persecuti sunt ut obscurarentur aera. et percipi